IEREMIAS DE MONTAGNONE
um 1409/1413 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 14v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=537
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fidei Idem in epla ad ephesios c 4
loquimini veritatem unusquisque
cum proximo suo quoniam sumus invicem
membra Omnis amaritudo et ira
et indignatio et clamor et plasphe
mia collatur a nobis cum omni
malitia Estote autem invicem benigni
misericordes donantes invicem
Idem epla ad colocenses 3 c nolite
mentiri invicem caritatem habete
quod est vinculum perfectionis Pax
xpi exultet in cordibus vestris in
qua invocati estis in uno corpore
Idem epla ad thymotheum c 5 Si quis
suorum et maxime domesticorum cura
non habet fidem negavit et est infi
deli deterior Idem epla ad ebreos
c 12 pacem sequamini cum omnibus
et sanctimoniam sine qua nemo vide
bit deum c 13 2 si Bonificencie
et communicationis nolite obliviscti talibus
enim hostis promeretur deus Auctor
liber de forma honeste vite Ama
bis deum si illum in hoc mutabe
ris et velis omnibus prodesse nulli
nocere tunc te iustum virum appellabunt
omnes sequentur venerabuntur et dili
gent sic quoque merito iustus appellaberis
Cassiodorus de caritate dei c 29
omnium bonorum radix est caritas etc

De elemosina rubrica 20.

Psalmista ps 40 beatus
qui intelligit super egenum
et pauperem in die mala liberabit
eum dns Salomon in proverbiis
c 14 Qui miseretur pauperis beatus
erit 11 c Qui despicit pauperem
exprobat factori eius 19 c Fene
ratur dno qui miseretur pauperis
et ipse clamabit et non exaudietur
28 c Qui dat pauperi non indi
gebit qui despicit deprecantem susti
nebit penurias Idem in ecclesiastico c
1. bonum est te sustine dum iustum
sed ab illo ne subtrahas manum
tuam Thobie historia c 4 ex sub
stancia tua fac elemosinam et
noli avertere faciem tuam ab ullo
paupere ita enim fiet ut nec a te a
vertetur faciem dni quomodo potuerit
estote misericordes si multum tibi
fuerit habundanter tribue si exiguum
fuerit tibi etiam exiguum liberet in per
tinencia stude premium enim tibi bonum
thesaurizas in die necessitatis Elemo
sina ab omni peccato et a morte liberat
et non patietur animam ire in tenebras
fiducia magna est coram summo deo
elemosina omnibus facientibus eam pa
nem tuum cum esurientibus et egenis
comede et de vestimentis tuis nudos
tege 12 c Elemosina a morte
liberat et ipsa est que purgat peccata
et facit invenire vitam eternam
Isaias propheta c 78 frange esurienti
panem tuum et egenos vagosque
induc in domum tuam Cum vi
deris nudum cooperis eum et carnem
tuam ne despexeris Thesus filius
syrach in ecclesiastico c 2 Elemo
sina resistit peccatis c 4 Elemo
sinam pauperis ne defraudes et
oculos tuos ne transferas a paupere
Cor in opus ne afflixeris et non
protrahas datum angustiati anime